



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

1 Permutationis beneficialis materia cur Saturnina nominetur ab Auctore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)



BOETII EPONIS
DE SATURNINO
PERMUTATIONIS
BENEFICIALIS IVRE
COMMENTARIUS.

Saturninam permutationis bene-
ficialis materiam vexaturi, Præfa-
tionis loco non importunè nec
inutiliter ex Antiquitatibus ec-
clesiasticis paulò repetemus aliùs
hanc rei principia, fontes atque scaturigines;
per spectis primævæ legislationis ecclesiasti-
cæ rationibus, de re tam lubrica nec minus pe-
riculosa tum faciliùs tum certius iudicare pos-
sumus. Equidem nominavi Saturninam per-
mutationis hanc materiam non alia de causa
quam quod suos fœtus in summum sæpenu-
mero soleat adducere discrimen; non secus ac
Saturnus crudeliter fœtum deuorat proprium,
sicut est in fabulis: licet id ad naturam tempo-
ris, quod edax est rerû, plerique referant. Cer-
te permutationes istæ beneficiales frequenter
a ser-

*Permutatio-
nis beneficia-
lis materia
cur Saturni-
na nominetur
ab auctore.*

1

De Saturnino permutacionis

serupulos gignunt in animis permutantium adeo duros, adeo præterea vehementes ac ventres, eosdemque iustos, vt Saturnini voracitas nullos vnquam consimiles genuerit cruciatus illis ipsis qui deuorabantur: cum grauitè in conscientia non temporarios at perpetuos experiat cruciatus, qui ne morte quidem corporis finiuntur sed magis ac magis crescunt & grauiores acrioresque redduntur, nisi salutaribus ante mortem fuerit expiata pœnitentiæ Christianæ Catholicæque remediis. quorum quidem remediorum præstat nõ indigere prudenter abstinendo talibus à commerciis, quam temerarias & quasi nundinatorias facièdo permutaciones tantum subire periculum, cuius amator dignus est qui pereat in illo.

2
Priscum de non mutando per Ecclesia. Sicos loco us.

3
Canon. 14. Apostolorum.

Priscum ius est, ipsis Apostolis natum Authoribus, ne vel Episcopi vel vlli clerici sua loca suæque quasi stationes in quibus constituti semel fuerint leuiter deserant, sed in iis ad extremum vsque vitæ suæ spiritum constanter perseuerent. Canon Apostolicus ex editione Græcorum numero 14. tum apud alios tum apud Photium Patriarcham Constantinopolitanum eiusdemque Interpretem Balsamonem sic de Episcopis habet, ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι κατὰ λεψαλῖα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν ἑτέρα ὀπίπλησον &c. quem integrum canonem Gentianus Hæmetus ita vertit, Episcopo non liceat sua relicta parochia seu diœcesi ad aliam transilire, etiam si à pluribus cogatur nisi sit aliqua causa rationi consentanea quæ eum cogat hoc facere; vtpote